

Band I., Nr. 97, Seite 111-112

Pabo gibt für sein Seelenheil Güter in Weilen unter angegebenen Bedingungen an das Kloster St. Gallen.

Frommern, 838. Februar 8.

Ego in dei nomine Pabo trado ad monasterium sancti Galli, ubi Pernuucius abba preese videtur, pro remedio anime meę quicquid proprietatis visus sum habere in villa Uuilon¹ nuncupata, excepto hoba Uuolfnandi et tertiam partem illius silve, que me contingit, atque in unaquaque aratura iurnales III et de pratis ad III carradas, que omnia extra hanc traditionem esse volo. Cetera omnia, que in supradicta villa possidere dinoscor, id est, domibus, edificiis, silvis, pratis, viis, aquis aquarumque decursibus, quicquid dici aut nominari potest, ad iam dictum monasterium traditum ac delegatum esse volo, sub ea videlicet ratione, ut ipsas res diebus meis ad me recipiam et ex ipso monasterio annis^a singulis unum vestimentum laneum mihi donetur, et in tertio anno unum pallium III solidos valentem, sicut et supradicta esse debent vestimenta. Et post obitum meum omnia ista absque ulla marritione ad iam dictum monasterium redeant in evum possidende. Si quis vero hanc traditionis cartulam inrumpere voluerit, conatus sui privetur effectum, et erarium regis auri uncias III, argenti pondera V coactus persolvat. Sed nihilominus hec traditio suum obtineat vigorem, stipulatione subnexa. Actum in Frumarom presentibus istis. + Pabo auctoris. + Adalhart. Karaman. Alauuic. Uuichart. Ratman. Sigiram. Erinbret. Imidanc. Uuillibold. Manaliub. Othelm. Otolf. Ruadho. Marcfrid. Ego itaque Uuerinbret ad vicem Hartmoati rogitus scripsi et subscripsi^b VI. Idus Februarias, anno XXV. Ludouuici imperatoris, sub Keroldo comite.

Der Textabdruck folgt dem Original.

^aDas Wort *annis* auf einer Rasur.

^bDie Silbe *si* im Rekognitionszeichen.

¹Der ursprünglichen Deutung als Weilen unter den Rinnen, Weilen unter den Rinnen, BL, wurde neuerdings die Deutung als Weilstetten, Balingen, BL, entgegengestellt; vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 390, Anm. 368.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen II. 151

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 212. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 281 (Auszug). UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 368, S. 342 f.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Frommern

Ortsindex:

Frommern Wohnplatz (16264)

Frommern, Balingen, BL

St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz

Weilen unter den Rinnen Wohnplatz (16545)

Weilen unter den Rinnen, BL

Weilstetten Wohnplatz (16295)

Weilstetten, Balingen, BL